



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XXXII. De causa delestationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



¶ Super Quaestionem trigessimam secundam.

Circa primum articulum q. 32. dubium occurrit, An operatio sit propria causa delectationis, ut constitutio in connaturali bono, an indistincte. Et ut clarior sit questio, recolito, quod in definitione delectationis positi sunt duo actus pro causa delectationis scilicet cognitio & constitutio, & quia nulli dubium est quod cognitio est operatio, si ea ratione operatio est causa propria delectationis, quia oportet cognitionem intervenire ut causam, quaestionis solutio clara est. Quia vero factis ambiguum est, an constitutio sit necessario operatio, id si ea ratione operatio causa propria delectationis dicitur: quia omnis itaque constitutio talis in connaturale bonum causans delectationem est operatio, singulariter dictum & disputabile est. Et est inter hos duos sensus tanta differentia, quod in primo indistincte, & sine contradictione aliqua operatio ponitur causa delectationis, in secundo vero operatio ponitur prima causa eiusdem, & ut constituens in connaturale. Et pro parte affirmativa huius secundi sensus sunt verba authoris in litera uolentis, quod consecutio boni conueniens consistit in operatione. Et in responsione ad primum dicitur, quod quae habemus, non delectant, nisi apprehensa ut habita, & habere nihil aliud est quam eis uti, uel posse uti, quod est per aliquam operationem. Pro parte uero negativa est, quia proprium esse & uiuere, & alia huiusmodi delectant, & tamen constitutio nostra in eis non est per operationem, sed per esse. Delectant quoque nos multa, in quibus constitutum non per operationem, sed per recipe re, seu pari, ut patet cum calefieri, uel refrigerari delectamur delectat, & conueniens locus in quo potest esse in loco, non potest pari constitutum.

Li. 5. Phys. text. 54. & 55. ca. 2.

q. 23.

4. dist. 49. q. 3. ar. 5. q. 4. cor.

C. 21. to. 6.

q. 21. ar. 1.

& quies uiolenta eiusdem corporis, & quies naturalis alterius, ut dicitur in 5. Phys. unde delectationi opponitur, & delectatio, & tristitia

AD TERTIUM dicendum, quod ea in quibus delectamur, cum sint obiecta delectationis, non solum faciunt differentiam materiale, sed etiam formalem, si sit diuersa ratio delectabilitatis: diuersa enim ratio obiecti diuersificat speciem actus, uel passionis, ut ex supradictis patet.

QVAESTIO XXXII.

De causa delectationis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causis delectationis.

ET CIRCA hoc quaeruntur octo.

¶ Primo, Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

¶ Secundo, Vtrum motus sit causa delectationis.

¶ Tertio, Vtrum spes & memoria.

¶ Quarto, Vtrum tristitia.

¶ Quinto, Vtrum actiones aliorum sunt nobis delectationis causa.

¶ Sexto, Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis.

¶ Septimo, Vtrum similitudo sit causa delectationis.

¶ Octauo, Vtrum admiratio sit causa delectationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

AD PRIMUM sic procedit. Vbi, quod operatio non sit propria & prima causa delectationis, ut enim Philosophus dicit in primo Rhet. Delectari, consistit in hoc, quod sensus aliquid patitur. Requiritur enim ad delectationem cognitio, sicut dictum est: sed prius sunt cognoscibilia obiecta operationum, quam ipsae operationes: ergo operatio non est propria causa delectationis.

¶ 2. Præter. Delectatio potissime consistit in fine adepti: hoc enim est quod præcipue concupiscitur: sed

propterea magis causa est delectationis consecutum esse, quam consecutio, & magis esse quam consecutum esse, in cuius signum scientia & virtutes olim acquisita, vel in dicta modo, ut inexistentes apprehensae delectant, & non solum quando acquisita sunt, aut secundam acquisitionis memoriam. Et omnis consecutio, & omne consecutum esse delectat, in quantum ponit in aliquo esse consonum. Vnde cum in definitione delectationis dicitur, quod delectatio est constitutio tota simul in naturam, &c. nomine constitutionis intellige non solum consecutum esse, sed esse: siue sit tale esse per constitutionem, siue non. Constituitur enim Deus gloriosus in esse sine constitutione, & delectationem tamen summam apprehensum in eo facit: & nos nostrum esse apprehensum delectat, non quia a natura constitutum, sed quia inest nobis: nihil minus delectaret, si non aliunde habere mus: pro intellectu tamen literae expresse dicentis utrunque requisitum ad delectationis causam in operatione consistere, distingue, & dicit, quod delectabilia sunt duplicia, quaedam congenita, & quaedam superuenientia. Et quod author de superuenientibus sollicitus in litera, consecutionis nomine intentionem suam significauit, & uoluit consecutionem in operatione consistere, extenso operationis vocabulo ad omnem actionem, passionem, motumque. Delectabilia quippe omnia, quae superueniunt, iunguntur nobis motu aliquo, uel ut obiecta operationum immanenium, uel saltem, ut materia uisus, ut in responsione ad primum, & secundum dicitur. Nec tamen tacuit omnino author de constitutione causante delectationem in congenitis: nam in articulo 7. expresse dixit, quod simile in quantum uinum, est delectabile. Constat enim quod unitas similitum, est unitas in essendo: & quia (ut dicitur in 1. Rhet. Aristot.) simile delectat, ut ipsummet, consequens est, quod constitutio in delectatione congenitorum sicut & in delectatione similitum, sit secundum esse, etiam si nulla inde operatio proueniret. Et per hoc patet solutio obiectorum, & quaestionis.

non semper operatio est finis, sed quandoque ipsum operatum: non ergo operatio est propria, & per se causa delectationis.

¶ 3. Præter. Otium, & requies dicuntur per cessationem operationis: hæc autem sunt delectabilia, ut dicitur in 1. Rhetoric. non ergo operatio est propria causa delectationis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit 7. & 10. Ethic. quod delectatio est operatio connaturalis, non impedita.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, ad delectationem duo requiruntur, scilicet consecutio boni conuenientis, & cognitio huiusmodi adeptionis, utriusque autem horum in quadam operatione consistit. Nam actualis cognitio operatio est quadam: similiter bonum conueniens adipiscimur aliqua operatione, ipsa etiam operatio propria, est quoddam bonum conueniens: unde oportet, quod omnis delectatio aliquam operationem consequatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ipsa obiecta operationum non sunt delectabilia, nisi in quantum coniunguntur nobis uel per cognitionem solam, sicut cum delectamur in consideratione, uel inspectione aliquorum, uel quocumque alio modo simul cum cognitione: sicut cum aliquis delectatur in hoc, quod cognoscit se habere quodcumque bonum, puta, diuitias, uel honorem, uel aliquid huiusmodi, quod quidem non essent delectabilia, nisi in quantum apprehenduntur, ut habita. Vt enim Philosophus dicit in 2. Polit. Magna delectationem habet, putare aliquid sibi proprium, quae procedit ex naturali amore alicuius ad seipsum. Habere autem huiusmodi, nihil est aliud quam uti eis, uel posse uti: & hoc est per aliquam operationem, unde manifestum est, quod omnis delectatio in operationem reducitur sicut in causam.

AD SECUNDUM dicendum, quod etiam in illis, in quibus operationes non sunt fines, sed operata ipsa, operata sunt delectabilia, in quantum sunt habita, uel facta, quod refertur ad aliquem usum, uel operationem.

AD III. dicendum, quod operatio

quod constitutio in delectatione congenitorum sicut & in delectatione similitum, sit secundum esse, etiam si nulla inde operatio proueniret. Et per hoc patet solutio obiectorum, & quaestionis.

¶ 4. Præter. Otium, & requies dicuntur per cessationem operationis: hæc autem sunt delectabilia, ut dicitur in 1. Rhetoric. non ergo operatio est propria causa delectationis.

¶ 5. Præter. Otium, & requies dicuntur per cessationem operationis: hæc autem sunt delectabilia, ut dicitur in 1. Rhetoric. non ergo operatio est propria causa delectationis.

¶ Circa



Circa causam delectationis ex parte obiecti. scilicet bonum conueniens, dubium occurrit an sit conueniens formaliter, an denominatiue. Id est, an obiectum causans delectationem sit res denominata a relatione conuenientiae, an sit ipsa conuenientia. Quod enim res sit absoluta, quae denominatur conueniens, probatur ex communi conditione actiuorum. ratio enim agendi in quolibet actiuo res absoluta est, ratio autem actiui, aut approximationis conditio est, sine qua non. Cõstat autem quod bonum conueniens actiuum est delectationis. Quod autem sit ipsa conuenientia, probatur ex eo, quod nisi apprehendatur aliquid ut conueniens, non causatur delectatio.

In hac dubitatione inuenio scõrum in 3. sent. distinct. 5. tenuisse, quod conueniens & disconueniens secundum sola absoluta dicunt rationes causandi delectationem & tristitiam: secundum relationes uero dicere causas, sine quibus non, ut relationes actiui & approximationis, nec aliud inuenio eius fundamentum. Mihi uero uidetur, quod delectatio conuenientie uel disconuenientie in actu exercito, concurrat ad causandam delectationem, uel tristitiam, ut ratio agendi, & mouer ex eo, quod delectatio & tristitia de eodem differunt specie, utpote contrarie ergo delectabile & tristabile eorum obiecta, & propria per se positioe actiua differit specie secundum rationes agendi illas, sed non secundum rationes absolutas. ergo secundum rationes respectiue conuenientie & disconuenientie. Prima sequela patet notatis terminis appõsitis in consequentia excludendas excellentes aut per accidens, aut negatiue: ut naua presens, uel absens causat contraria, & differentiam actiuorum secundum impertinentia, aut subtrata, & alia huiusmodi. Oportet. n. contrarias actiones a contrarijs rationibus agendi proficisci in naturaliter agentibus proprijs, qualia sunt delectabile uel tristabile. Detractio uero consequentis patet ad sensum: experimur enim quod idem absolutum, puta calor, modo causat delectationem, modo tristitiam, apprehensus, uel sensatus ut conueniens uel disconueniens. Existente igitur forma absoluta eadem, & factio transitu de delectabili in tristabile propter variationem de conuenientia in disconuenientiam, & per se causatis contrarijs actionibus ac passionibus, scilicet delectatione & tristitia, manifestum sit, quod conuenientia & disconuenientia, ut rationes agendi concurrunt. Et confirmatur hoc, quia illud quod concurrat ad causandam delectationem uel tristitiam ut apprehensum, non se habet ut conditio approximationis, sed ut ratio agendi: quoniam apprehensum est, quod mouer appetitum, ut ratio agendi: sed conuenientia uel disconuenientia concurrat ad hæc, ut apprehensio: quoniam quantumcumque aliquis frigus calefieret conuenienter, nisi perciperet illud ut conueniens in actu exercito, ut exerceret conuenientiam, non delectaretur. & hoc manifestius apparet in delectatione uel tristitia imaginationem, uel rationem

ARTICVLVS II.

Utrum motus sit causa delectationis.

AD SECUNDVM sic procedit. Vñ, quod motus non sit causa delectationis. Quia, sicut supra dictum est, bonum præfentialiter adeptum est causa delectationis. unde Philo. in 7. Eth. dicit, tpe delectatio non cõparatur gnationi, sed operationi rei iam existentis. Id aut quod mouet ad aliud, nõdũ hẽt illud, sed quodam mō est in uia gnationis: respectu illius, s̄m quod omni motui adiungitur generatio & corruptio, ut dicitur in 8. Physic. xergo motus non est causa delectationis.

¶ 2 Præt. Motus præcipue laborẽ & lassitudinem inducit in operibus: sed operationes ex hoc, quod sũt laboriosæ & lassantes, non sũt delectabiles, sed magis afflictiuæ. ergo motus non est causa delectationis.

¶ 3 Præt. Motus importat inuouationem quandam, quæ opponit consuetudini: sed ea quæ sũt cõsuetæ, sũt nobis delectabilia, ut

consequens. Quis enim nunquam fugeret lupum, nisi apprehenderet ipsum ut disconuenientem, eliciendo ex ipso intentionem inimici. Et continue experimur propter varias relationes importantes conuenientiam uel disconuenientiam apprehensas de aliquo, uarie immutari a delectatione in tristitiam, & eõuerso terminantes certas passionibus. & quod forte fallit putantes oppositum, est, quia non aduertunt, quod relationes sũt in genere formarum actiuarũ ut apprehensa, quæ uis non sũt in genere actiuarum formarum ut existentes. Et qui negat hoc, neget quoque astimatua, cuius obiectum sũt intentiones insensata: elicit ex sensatis, ut utile, amicum, inimicum &c. ex quibus cantantur passionibus in animalibus. Potest quoque esse causa deceptionis nõdũ distinguere inter apprehendere relationem alicuius in actu signato, uel exercito. Verbi gratia, Quis nouit agnum ut terminum lactationis, non quod oportet eam apprehendere ipsam relationem termini, quod esset apprehendere in actu signato, sed quia apprehendit agnum ut exercentem relationem termini lactationis, & simile est in alijs. Ex talibus enim apprehensionibus relationum cantantur passionibus, quod forte scõrum non negaret. & sic discussa sũt duæ delectationis causæ, scilicet cõstitutio, & bonũ conuenientie: reliqua autem, scilicet apprehensio, superius dilucidata est. ad hæc. n. tria reducuntur omnia causantia delectationem, quæ per totam hanc trigessimam secundam disputantur, & in 1. Rhetor. tanguntur. Operatio enim delectat, & ut constitutio, & ut bonum conueniens: motus ut afferens bonum conueniens, uel auferens disconueniens: memoria & spes ut supelentes constitutionem: tristitia per accidens ratione oblationis uel memorie. alienæ actiones, ut in proprio nos bono faciunt constituti passione, uel estimata possessione, uel identitate: benefacere quoque & simile, & admirari ad eadem spectare. exercitatis non est difficile deducere. Vnum tamen in his a uerte, quod quia in his quæ ad appetitum spectant, nihil differt esse, aut apparere: propterea delectatio causatur ex estimato habere, ex estimato possidere, ex representato abundare, & similibus: & non solum ex habere, possidere, abundare, & similibus. in huiusmodi enim ipsa imaginatio horum delectans sic constituit in conuenientia bonum, ut suppleat uicem ipsius habere, & non solum ut apprehensio: talis autem est dispositio eorum, qui delectantur principatu, honore, & similibus.

Philosophus dicit in 1. Rhet. \* ergo motus non est causa delectationis. SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 8. Confess. \* Quid est hoc, domine Deus meus, cum tu in æternum tibi ipsi sis gaudium, & quadam de te circa te semper gaudeat, quod hæc rerum pars alterno defectu & profectu, offensionibus & conciliationibus gaudet? Ex quo accipitur, quod homines gaudent, & delectantur in quibusdam alienationibus: & sic motus uidet esse causa delectationis.

RESPON. Dicendum, quod delectationem tria requiruntur. scilicet bonum delectans, coniunctio delectabilis, & tertium quod est cognitio huius coniunctionis: & s̄m hæc tria motus efficitur delectabilis, ut Philosophus dicit in 7. Eth. & in 1. Rhet. \* Nã ex parte nostra qui delectamur, transmutatio efficitur nobis delectabilis propter hoc, quod natura nostra transmutabilis est, & propter hoc, quod est nobis conueniens nunc, non erit conueniens postea: sicut calefieri ad ignem est conueniens homini in hieme, non autem in æstate. Ex parte uero boni delectatis, quod nobis cõiungitur, sit et transmutatio delectabilis: quia actio continuata alicuius agentis auget effectum, sicut quanto aliquis diutius appropinquat igni, magis calefit, & desiccatur. Naturalis autem habitudo in quadam mensura cõstitit: & id quod continuata presentia delectabilis superexcedit mensuram naturalis habitudinis, efficitur remotio eius delectabilis. Ex parte uero ipsius cognitionis, quia

ma secunda disputantur, & in 1. Rhetor. tanguntur. Operatio enim delectat, & ut constitutio, & ut bonum conueniens: motus ut afferens bonum conueniens, uel auferens disconueniens: memoria & spes ut supelentes constitutionem: tristitia per accidens ratione oblationis uel memorie. alienæ actiones, ut in proprio nos bono faciunt constituti passione, uel estimata possessione, uel identitate: benefacere quoque & simile, & admirari ad eadem spectare. exercitatis non est difficile deducere. Vnum tamen in his a uerte, quod quia in his quæ ad appetitum spectant, nihil differt esse, aut apparere: propterea delectatio causatur ex estimato habere, ex estimato possidere, ex representato abundare, & similibus: & non solum ex habere, possidere, abundare, & similibus. in huiusmodi enim ipsa imaginatio horum delectans sic constituit in conuenientia bonum, ut suppleat uicem ipsius habere, & non solum ut apprehensio: talis autem est dispositio eorum, qui delectantur principatu, honore, & similibus.

et. n. p. p. cul a princ. tom. 6. cap. 3. post mediu. t. i.

lib. 7. eth. c. 7. Et. Rhet. c. 1. to. 5. & 6.

Super



homo desiderat cognoscere aliquod totū & pfectū. Cū ergo aliqua non poterunt apprehēdi totā simul, delectat in his transmutatio, ut unum transeat, & alterum succedat, & sic totū sentiatur, unde Aug. dicit in 4. Confess. \* Nō nis vtiq; stare syllabā, sed transmutare, ut aliq; veniant, & totū audias: ita semper oīa, ex quibus unum aliquid constat, & nō sunt oīa simul, plus delectat oīa, q̄ singula, si possint sentiri oīa. Si ergo sit aliqua res, cuius natura sit intransmutabilis, & non possit in ea fieri excessus naturalis habitudinis per cōtinuationē delectabilis, & quā possit totum suū delectabile simul intueri, nō erit ei transmutatio delectabilis: & q̄ tū aliqua delectatiōes plus ad hoc accedūt, tātō plus continuari possunt.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ id quod mouet, etsi nondum habeat pfecte id, ad quod mouetur, incipit tamen iam aliquid habere eius, ad quod mouetur: & secundum hoc ipse motus habet aliqd delectationis, deficit tamē a delectationis perfectione: nam perfectiores delectatiōes sunt in rebus immobilibus. Motus etiam efficitur delectabilis in quā tū per ipsum sit aliquid conueniens, quod prius cōueniens non erat, uel definit esse, ut supra dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod motus labore & lassitudinem inducit, secundum quod transcendit habitudinem naturalem: sic autem motus non est delectabilis, sed secundum quod remouentur contraria habitudinis naturalis.

AD TERTIVM dicendum, quod id quod est consuetum, efficitur delectabile, in quantum efficitur naturale, nam consuetudo est quāsi altera natura. Motus autem est delectabilis, non quidem quod receditur a consuetudine, sed magis secundum quod per ipsum impeditur corruptio naturalis habitudinis, quā possit provenire ex assiduitate alicuius operationis. Et sic ex eadem causā connaturalitatis efficitur consuetudo delectabilis, & motus.

ARTICVLVS III.

*Utrum spes & memoria sint causa delectationis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̄ memoria & spes non sint causae delectationis. Delectatio. n. est de bono presenti, ut Damas. dicit: \* sed memoria & spes sunt de absentibus, est enim memoria praeceptorum, spes uero futurorum, ergo memoria & spes non sunt causa delectationis.

¶ 2. Praet. Idē nō est causa cōtrariōrū, sed spes est cā afflictionis, dicitur. n. Prouerb. 14. \* Spes q̄ differtur, affligit animam. ergo spes non est causa delectatiōis. ¶ 3. Praet. Sicut spes cōuenit cum delectatione in eo, quod est de bono: ita ē & concupiscentia & amor. non ergo magis debet assignari spes causa delectationis, quā concupiscentia, uel amor.

SED CONTRA est, quod dicitur Ro. 12. Spe gaudētes. & in psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum.

RESPON. Dicendum, q̄ delectatio causatur ex p̄sentia boni conuenientis, secundum quod sentit, uel qualitercunq; percipitur. Est aut aliquid p̄sens, no bis dupliciter, Vno modo, secundum cognitionē, prout. s. cognitum est in cognoscēte secundum suā similitudinē. Alio modo, secundum rem, prout. s. unū alteri realiter coniungitur uel actu, del potētia secū dum quēcunq; coniunctionis modum. Et quia maior est coniunctio s̄m rem, quā secundum similitudinē, quā est coniunctio cognitionis, itē maior est coniunctio rei in actu q̄ in potentia: iō maxima est delectatio, quē fit per sensum, qui requirit p̄sentia

rei insensibilis. Secundum autem gradum tenet delectatio spei, in qua non solum est delectabilis cōiunctio secundum apprehensionem, sed etiam secundū facultatem, uel possibilitatem adipiscendi bonum, qd delectat. Tertiū aut gradū tenet delectatio memoriae, quā hēt solam cōiunctionē apprehensionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod spes & memoria sunt quidem eorum, quē sūt simpliciter absēntia, quā tamen secundum quid sunt p̄sentia, s. uel secundum apprehensionem solam, uel secundū apprehensionē & facultatem, ad minus aestimatam.

AD SECUNDVM Dicendum, quod nihil prohibet idē secundum diuersā, esse causam contrariōrum. Sic igitur spes, in quantum habet p̄sentem aestimationem boni futuri, delectationem causat: in quantum autem caret p̄sentia eius, causat afflictionem.

AD TERTIVM Dicendum, quod amor & concupiscentia delectationem causant: Omne enim amatum fit delectabile amanti, eo q̄ amor est quādam unio, uel connaturalitas amantis ad amatum. Similiter etiam omne concupitum est delectabile concupiscenti, cum concupiscentia sit p̄cipue appetitus delectationis: sed tamen spes, in quantum importat quādam certitudinem realis p̄sentiae boni delectantis, quam non importat nec amor, nec concupiscentia, magis ponitur causa delectationis, quā illa, & similiter magis quā memoria, quā est de eo quod iam transit.

ARTICVLVS IIII.

*Utrum tristitia sit causa delectationis.*

AD QUARTVM sic proceditur. Vt q̄ tristitia nō sit causa delectationis. Contrarium. n. non est causa contrarij: sed tristitia contrariatur delectationi, ergo non est causa delectationis.

¶ 2. Praet. Contrariōrū contrarij sunt effectus: sed delectabilia memorata sunt cā delectationis: ergo tristitia memorata sūt causa doloris, & nō delectatiōis.

¶ 3. Praet. Sicut se habet tristitia ad delectationē, ita odium ad amorem: sed odium non est cā amoris, sed magis e conuerso, ut supra dictum est. \* ergo tristitia non est causa delectationis.

SED CONTRA est, q̄ in psal. 41. dicitur, Fuerunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte. Per panem aut refectio delectationis intelligitur, ergo lacrymae, quā ex tristitia oriuntur, p̄nt esse delectationis cā.

RESPON. Dicendum, quod tristitia pōt dupliciter considerari. Vno modo, secundum quod est in actu. Alio modo, secundum quod est in memoria, & utroque modo tristitia potest esse delectationis causa. Tristitia quidem in actu existens est causa delectationis in quantum facit memoriam rei dilectae, de cuius absentia aliquis tristatur, & tamen de sola eius apprehensione delectatur. Memoria autem tristitiae fit cā delectationis, propter subsequentem euasionem, nam carere malo accipitur in rōne boni, vñ secundū quod hō apprehendit se euasisse ab aliquibus tristibus & dolorosis, accrescit ei gaudii materia, secū dum quod Aug. dicit 22. de Ciui. Dei. \* Quod sepe lati tristium meminimus, & sani dolorū sine dolore, & inde amplius lati & grati sumus. Et in 8. Conf. dicit q̄, Quod quantō maius fuit periculum in p̄lio, tantō maius erit gaudium in triumpho.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod contrariū quādoq; p̄ accidēs est cā contrarij, sicut frigidū quādoque calefacit, ut dicitur in 8. Physicor. \* & similiter

In 4. confes. c. 11. a meo tom. r.

In corp. ar.

In q. 40. ar. 3. Et 2. q. 30. ar. 1. ad 3. Et 12. Me. c. 6. co. 5. \* 112. orth. fide. c. 19. in fine.

C. 3. in p. tom. 7.

In fine. c. 1. in p. tom. 7.

In fine. c. 1. in p. tom. 7.



tristitia per accidens est delectationis causa, inquantum fit per eam apprehensio alicuius delectabilis.

AD SECUNDUM dicendum, quod tristitia memorata, inquantum sunt tristitia & delectabilibus contraria, non causant delectationem, sed inquantum ab eis homo liberatur: & similiter memoria delectabilium ex eo, quod sunt amissa, potest causare tristitiam.

AD TERTIUM dicendum, quod odium est per accidens potest esse causa amoris, prout. scilicet aliqui diligunt se, inquantum conueniunt in odio unius & eiusdem.

ARTICVLVS V.

Utrum actiones aliorum sint nobis causa delectationis.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod actiones aliorum non sint nobis delectationis causa. Causa enim delectationis est proprium bonum coniunctum: sed aliorum operationes non sunt nobis coniunctae: ergo non sunt nobis causa delectationis.

¶ 2. Præter. Operatio est proprium bonum operantis. si igitur operationes aliorum sint nobis causa delectationis, pari ratione omnia alia bona aliorum erunt nobis delectationis causa: quod patet esse falsum.

¶ 3. Præter. Operatio est delectabilis, inquantum procedit ex habitu nobis innato. unde dicitur in 2. Eth.

\* quod signum generati habitus oportet accipere scientiam operis delectationem. sed operationes aliorum non procedunt ex habitibus qui in nobis sunt, sed interdum ex habitibus qui sunt in operantibus. non ergo operationes aliorum sunt nobis delectabiles, sed ipsi operantibus.

SED CONTRA est, quod dicitur in secunda Canonica Iohannis. Gauisus sum ualde, quia inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est, ad delectationem duo requiruntur. scilicet consecutio proprii boni, & cognitio proprii boni consecuti. Tripletter ergo operatio alterius potest esse delectationis causa. Vno modo inquantum per operationem alicuius consequimur aliquod bonum, & secundum hoc operationes illorum, qui nobis aliquod bonum faciunt, sunt nobis delectabiles, quia bene pati ab alio est delectabile. Alio modo secundum quod per operationes aliorum efficitur nobis aliqua cognitio uel aliqua aestimatio proprii boni: & propter hoc homines delectantur in hoc quod laudantur, uel honorantur ab alijs, quia scilicet per hoc accipiunt aestimationem, in seipsis aliquod bonum esse: & quia ista aestimatio fortiter generatur ex testimonio bonorum & sapientium, ideo in horum laudibus & honoribus homines magis delectantur. Et quia adulator est apparens laudator, propter hoc est adulationes quibusdam sunt delectabiles. Et quia amor est alicuius boni, & admiratio est alicuius magni, ideo circa amari ab alijs & in admiratione haberi, est delectabile, inquantum per hoc fit homini aestimatio propriae bonitatis uel magnitudinis, in quibus aliquis delectatur. Tertio modo, inquantum ipsae operationes aliorum si sunt bonae, aestimantur ut bonum proprium propter uiam amoris, qui facit aestimare amicum quasi eundem sibi: & propter odium, quod facit aestimare bonum alterius esse sibi contrarium, efficitur mala operatio inimici delectabilis. unde dicitur 1. Corin. 13, quod charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod operatio alterius potest esse mihi coniuncta uel per effectum, sicut in primo modo: uel per apprehensionem, sicut in secundo modo: uel per affectionem, sicut in tertio modo.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procedit quantum ad tertium modum: non autem quantum ad duos primos.

AD TERTIUM Dicendum, quod operationes aliorum etsi non procedant ex habitibus, qui in mesunt, causant tamen in me aliquid delectabile, uel faciunt mihi aestimationem siue apprehensionem proprii habitus, uel procedunt ex habitu illius qui est unum mecum per amorem.

ARTICVLVS VI.

Utrum benefacere alteri sit causa delectationis.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur quod benefacere alteri non sit delectationis causa. Delectatio enim causatur ex consecutione proprii boni, sicut supra dictum est: sed benefacere non pertinet ad consecutionem proprii boni, sed magis ad emissionem. ergo magis uel esse causa tristitiae quam delectationis.

¶ 2. Præter. Philosophus dicitur 4. Eth. quod illiberalitas conaturalior est hominibus, quam prodigalitas: sed ad prodigalitem pertinet benefacere alijs, ad illiberalitatem autem pertinet desistere a benefaciendo. cum ergo operatio conaturalis sit delectabilis unicuique: ut dicitur in 7. & 10. Eth. uidetur quod benefacere alijs non sit causa delectationis.

¶ 3. Præter. Contrarii effectus ex contrarijs causis procedunt: sed quaedam quae pertinent ad malefacere, sunt naturaliter homini delectabilia, sicut uincere, redarguere, uel increpare alios, & etiam punire quantum ad iratos, ut dicitur Philosophus in 1. Rhet. ergo benefacere magis est causa tristitiae, quam delectationis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in primo Politicor. quod largiri & auxiliari amicis, aut extraneis, est delectabilissimum.

RESPON. Dicendum, quod hoc ipsum, quod est benefacere alteri, potest tripliciter esse delectationis causa. Vno modo per comparisonem ad effectum, quod est bonum operatio constitutum, & secundum hoc, inquantum bonum alterius reputamus quasi nostrum bonum propter unionem amoris, delectamur in bono quod per nos fit alijs, praecipue amicis sicut in bono proprio. Alio modo per comparisonem ad finem: sicut cum aliquis per hoc quod alteri benefacit, sperat consequi aliquod bonum sibi ipsi, uel a Deo, uel ab homine: spes autem delectationis est causa. Tertio modo per comparisonem ad principium, & sic hoc, quod est benefacere alteri, potest esse delectabile, per comparisonem ad triplex principium. Quorum unum est facultas benefaciendi: & secundum hoc benefacere alteri fit delectabile, inquantum per hoc fit homini quaedam imaginatio abundantis boni in seipso existens, ex quo possit alijs communicare: & ideo homines delectantur in filijs & operibus proprijs, sicut quibus communicant proprium bonum. Aliud principium est habitus inclinans, secundum quem benefacere fit alicui conaturaliter, unde liberales delectabiliter dant alijs. Tertium principium est motiuum, puta cum aliquis mouetur ab aliquo quem diligit, ad benefaciendum alicui; omnia enim quae facimus, uel patimur propter amicum, delectabilia sunt, quia amor praecipua causa delectationis est.

AD PRIMUM ergo dicendum est, quod emissio, inquantum est iudicativa proprii boni, est delectabilis: sed inquantum euacuat proprium bonum, potest esse contristans, sicut quando est immoderata.

AD II. Dicendum, quod prodigalitas habet immoderatam emissionem, quae repugnat naturae: &

Prima Secunda S. Thomae. K ideo

Art. praec.

ca. 1. a med. tom. 5.

li. 7. c. 11. & 13. & lib. 10. c. 4. & 5. to. 5.

Ca. 11. to. 6.

li. 1. Pol. c. 7. ante med. tomo 5.

C. 1. in prin. tom. 5.

Inf. 5. ad 1. huius q. 9.

ca. 1. a med. tom. 5.



ideo prodigalitas dicitur esse contra naturam.

AD TERTIUM dicendum, quod uincere, redarguere, & punire, non est delectabile in quantum est in malum alterius, sed in quantum pertinet ad proprium bonum, quod plus homo amat, quam odiat malum alterius. Vincere, n. est delectabile naturaliter, in quantum per hoc fit estimatio propriae excellentiae: & propter hoc omnes ludi in quibus est concertatio, & in quibus potest esse victoria, sunt maxime delectabiles, & uniuersaliter omnes concertationes, secundum quod habent spem uictoriae. Redarguere autem & increpare potest esse dupliciter delectationis causa. Vno modo, in quantum facit homini imaginationem propriae sapientiae & excellentiae: increpare, n. & corripere est sapientum & maiorum. Alio modo, secundum quod aliquis increpando & reprehendendo, alteri benefacit, quod est delectabile, ut dictum est. Iratio autem est delectabile punire, in quantum uidetur remouere apparentem minorationem, quae uidetur esse ex praecedenti laesione. Cum enim aliquis est ab alio laesus, uidetur per hoc ab alio minoratus esse: & ideo appetit ab hac minoratione liberari per retributionem laesionis. Et sic patet quod benefacere alteri, per se potest esse delectabile: sed malefacere alteri non est delectabile, nisi in quantum uidetur pertinere ad proprium bonum.

ARTICVLVS VII.

Utrum similitudo sit causa delectationis.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod similitudo non sit causa delectationis. Principari, n. & praesse quamdam dissimilitudinem importat: sed principari & praesse naturaliter est delectabile, ut dicitur in 1. Rhetorica. Ergo dissimilitudo magis est causa delectationis, quam similitudo.

¶ 2. Praet. Nihil magis est dissimile delectationi, quam tristitia: sed illi qui patiuntur tristitiam, maxime sequuntur delectationes, ut dicitur in 7. Ethicorum. Ergo dissimilitudo est magis causa delectationis, quam similitudo.

¶ 3. Praet. Illi, qui sunt repleti aliquibus delectationibus, non delectantur in eis, sed magis fastidiunt eas, sicut patet in repletionem ciborum. non ergo similitudo est delectationis causa.

SED CONTRA est, quod similitudo est causa amoris, ut dictum est supra: amor autem est causa delectationis. ergo similitudo est causa delectationis.

RESPON. Dicendum, quod similitudo est quaedam unitas, unde id quod est simile, in quantum est unum, est delectabile, sicut & amabile, ut supra dictum est: & si quidem id, quod est simile, proprium bonum non corrumpat, sed augeat, est simpliciter delectabile, puta homo homini, & iuuenis iuueni. Si uero sit corruptiuum proprii boni, sic per accidens efficitur fastidiosum uel contristans, non quidem in quantum est simile & unum, sed in quantum corrumpit id, quod est magis unum. Quod autem aliquid simile corrumpat proprium bonum, contingit dupliciter. Vno modo, quia corrumpit mensuram proprii boni per quandam excessum. bonum, n. praecipue corporale, ut sanitas, in quadam commensuratione consistit, & propter hoc superabundantes cibi, uel quaelibet delectationes corporales fastidiuntur. Alio modo, per directam contrarietatem ad proprium bonum, sicut figuli abominantur alios figulos, non in quantum sunt figuli, sed in quantum per eos amittunt excellentiam propriam, siue proprium lucrum, quae appetunt sicut proprium bonum.

Ca. n. non dicitur a fine, 10 mo 6.

Cap. 14. circa medium, 10. 5.

\* q. 27. ar. 3.

\* q. 27. ar. 3.

F AD PRIMUM ergo dicendum, quod cum sit quaedam communicatio principantis ad subiectum, est ibi quaedam similitudo, tamen secundum quamdam excellentiam, eo quod principari & praesse pertinet ad excellentiam proprii boni. sapientum, n. & meliorem est principari & praesse: unde per hoc fit homini propriae bonitatis imaginatio, uel quia per hoc quod homo principatur, & praest, aliis benefacit, quod est delectabile.

AD SECUNDUM dicendum, quod id, in quo delectatur tristatus, etsi non sit simile tristitiae, est tamen simile homini contristato: quia tristitia contrariatur proprio bono eius, qui tristatur. & ideo appetitur delectatio ab his, qui in tristitia sunt, ut conferens ad proprium bonum, in quantum est medicatiua contrarii. Erista

G est causa, quare delectationes corporales, quibus sunt contrariae quaedam tristitiae, magis appetuntur, quam delectationes intellectuales, quae non habent contrarietatem tristitiae, ut infra dicitur. Exinde est, quod omnia animalia naturaliter appetunt delectationem: quia spiritus animal laborat per sensum & motum: & propter hoc est iuuenes maxime delectationes appetunt propter multas transmutationes in eis existentes, dum sunt in statu augmenti: & est melancholici uehementer appetunt delectationes ad expellendum tristitiam: quia corpus eorum quasi prauo humore corroditur, ut dicitur in 7. Ethicorum.

AD TERTIUM Dicendum, quod bona corporalia in quadam mensura consistunt: & ideo super excessum similitudinis corrumpit proprium bonum, & propter hoc efficitur fastidiosum, & contristans, in quantum contrariatur bono proprio hominis.

ARTICVLVS VIII.

Utrum admiratio sit causa delectationis.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod admiratio non sit causa delectationis. Admirari, n. est ignorantis natura, ut Damascenus dicit: sed ignorantia non est delectabilis, sed magis scientia. ergo admiratio non est causa delectationis.

¶ 2. Praet. Admiratio est principium sapientiae, quasi uia ad inquirendum ueritatem, ut dicitur in principio Metaphysicae. Sed delectabilis est contemplari iam cognita, quae inquirere ignota, ut Philosophus dicit in 10. Ethicorum. cum hoc habeat difficultatem & impedimentum, illud autem non habeat: delectatio autem causatur ex operatione non impedita, ut dicitur in 7. Ethicorum. Ergo admiratio non est causa delectationis, sed magis delectationem impedit.

¶ 3. Praet. Vnusquisque in consuetis delectatur, nisi operationes habituum per consuetudinem acquiritorum sunt delectabiles: sed consueti non sunt admirabilia, ut dicit Augustinus super Iohannem. Ergo admiratio contrariatur causae delectationis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. Rhetorica: quod admiratio est delectationis causa.

RESPON. Dicendum, quod ad pisci desiderata, est delectabile, ut supra dictum est: & ideo quanto

Super Quaest. trigesima secunda aristotelis octauum.

Irca octauum eiusdem trigesima secunda quaestio articulum, reliquis non aliter dicitur, sed scito quod admiratio in ipso admirationis actu uidetur habere tria. Primo, noua, rara, uel ardua rei intuitum desideratum: secundum, occultam causam, naturalem quamdam concupiscentiam cognoscendi causam, sicut uniuersaliter in perfecta appetit per se. Et propterea admirari constituit habentem in id, quod est secundum naturam. Nolle enim, & conferre, & appetere scire, conaturalia sunt, & naturaliter in his gaudet anima. Praeterea autem tria, quae omni miranti communia uidentur, in eis scrutatoribus causarum rationalis concupiscentia scientiam di causam, quae est causa delectationis, sicut carera desideria ut in artic. 3. ad tertium habes.

¶ Super



alicuius rei amatae magis accrescit desiderium, tãtò magis per adaptionem accrescit delectatio: & èt in ipso augmento desiderii fit augmentum delectationis secundum quod fit etiam spes rei amatae, sicut supra dictum est, \* quòd ipsum desiderium ex spe est delectabile. Est autem admiratio desiderium quoddam sciendi, quòd in homine contingit ex hoc, quòd uidet effectum, & ignorat causam: uel ex hoc, quòd causa talis effectus excedit cognitionem, aut facultatem ipsius. & ideo admiratio est causa delectationis, in quantum habet adiunctam spem consequendi cognitionem eius, quòd scire desiderat. Et propter hoc, omnia admirabilia sunt delectabilia, sicut quae sunt rara, & oēs representationes rerum, èt quae in se nõ sunt delectabiles. Gaudet. n. anima in collationem unius ad alterum: quia conferre unum alteri, est proprius & con naturalis actus rationis, ut Philosophus dicit in sua Poetica. \* & propter hoc èt liberari a magnis periculis, magis est delectabile, quia est admirabile, ut dicitur in primo Rhetori.\*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd admiratio non est delectabilis in quantum habet ignorantiam, sed in quantum hêt desiderium addicendi causã, & in quantum admirans aliquid nouum addiscit. Ita talem esse, quem non aestimabat.

AD SECVNDVM dicendum, quòd delectatio duo habet, scilicet quietem in bono, & huiusmodi quietis perceptionem. Quantum igitur ad primum, cum sit perfectius contemplari ueritatem cognitã, quã inquirere ignotã, contemplationes rerum scitarũ per se loquendo, sunt magis delectabiles, quã inquisitiones rerum ignotarum: tamẽ per accidens, quãtum ad secundum, contingit quòd inquisitiones sũt quandoque delectabiliores, secundum quod ex maiori desiderio procedunt. Desiderium autem maius excitatur ex perceptione ignorantiae: unde maxime homo delectatur in his, quae de nouo inuenit, aut addiscit.

AD TERTVM dicendum, quòd ea quae sunt cofueta, sunt delectabilia ad operandum, in quantum sunt quasi connaturalia: sed tamen ea, quae sunt rara, possunt esse delectabilia uel ratione cognitionis, quia desideratur eorum scientia, in quantum sunt mirabilia ratione operationis, quia ex desiderio magis inclinatur mens ad hoc, quòd intente in nouitate operetur, ut dicitur in 10. Eth.\* Perfectior. n. operatio causat perfectiorem delectationem.

QVAESTIO XXXIII.

De effectibus delectationis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus delectationis.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum delectationis sit dilatare.
- ¶ Secundo, Vtrum delectatio causet sui sitim, uel desiderium.
- ¶ Tertio, Vtrum delectatio impediatur usum rōnis.
- ¶ Quarto, Vtrum delectatio perficiat operationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum delectationis sit dilatare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd dilatio non sit effectus delectationis. Dilatio. n. uidetur ad amorem magis pertinere, secundum quòd dicit Apostolus 2. ad Corinth. 6. Cor nostrum dilata-

tum est. Vnde & de præcepto charitatis in Psal. 118. dicitur, Latum mandatum tuum nimis: sed delectatio est alia passio ab amore. ergo dilatio non est effectus delectationis.

¶ 2. Præter. Ex hoc quòd aliquid dilatur, efficitur capacius ad recipiendum: sed receptio pertinet ad desiderium, quòd est rei nondum habitã. ergo dilatio magis uidetur pertinere ad desiderium, quã ad delectationem.

¶ 3. Præter. Constrictio dilatationi opponitur: sed constrictio uidetur ad delectationem pertinere. nam illud constringimus, quòd firmiter uolumus retinere: & talis est affectio appetitus circa rem delectantẽ. ergo dilatio ad delectationem non pertinet.

SED CONTRA est, quòd ad expressionem gaudii dicitur Isai. 60. Videbis, & affluēs: & mirabitur, & dilabitur cor tuum. Ipsa etiam delectatio ex dilatatione nomen accipit, ut lætitia nominetur, sicut supra dictum est.

RESPON. Dicendum, quòd latitudo est quãdam dimensio magnitudinis corporalis: unde in affectionibus animae non nisi secundum metaphoram dicitur. Dilatio autem dicitur quasi motus ad latitudinem, & competit delectationi secundum duo, quae ad delectationem requiruntur, quorum unum est ex parte apprehensiuã uirtutis, quae apprehendit coniunctionem alicuius boni conuenientis. Ex hac autem apprehensione apprehendit se homo perfectionem quãdam adeptum, quae est spiritualis magnitudo: & sicut in hoc animus hominis dicitur per delectationem magnificari, seu dilatare. Aliud autem est ex parte appetitiuã uirtutis, quae assentit rei delectabili & in ea quiescit, quodammodo se præbens ei ad eam interiorius capiendam, & sic dilatare affectus hominis per delectationem, quasi se tradens ad continendum interiorius rem delectantem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet in his, quae dicuntur metaphorice, idem diuersis attribui sicut diuersas similitudines: & secundum hoc, dilatio pertinet ad amorem ratione cuiusdam extensionis, in quantum affectus amantis ad alios extenditur, ut curet non solum quae sua sunt, sed quae aliorum: ad delectationem uero pertinet dilatio, in quantum aliquid in seipso ampliatur, ut quasi capacius reddatur.

AD II. dicendum, quòd desiderium hêt quidem aliquã ampliationem ex imaginatione rei desideratã, sed multo magis ex præsentia rei iam delectantis, quia magis præbet se animus rei iam delectanti, quã rei non habitã desideratã, cum delectatio sit finis desiderii.

AD III. dicendum, quòd ille qui delectatur, constringit quidem rem delectantem, dum ei fortiter inhaeret, sed cor suum ampliat, ut perfecte delectabili fruatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum delectatio causet sui sitim, uel desiderium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd delectatio non causet desiderium sui ipsius. Ois. n. motus cessat, cum peruenit ad quietem: sed delectatio est quasi quãdam quies motus desiderii, ut supra dictum est. cessat ergo motus desiderii, cum delectatione peruenit. non ergo delectatio causat desiderium.

¶ 2. Præter. Oppositum non est causa sui oppositi: sed delectatio quodammodo desiderio opponitur ex parte obiecti. nam desiderium est boni non habitũ; delectatio uero boni iam habitũ. ergo delectatio non causat desiderium sui ipsius.

¶ 3. Præter. Fastidium desiderio repugnat: sed delectatio plerumque causat fastidium. non ergo facit sui desiderium.

Prima Secunda S. Thomae.

X 2 SED